

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1750

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369547365

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369547365> | LOG_0110

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

OBSERVATIO.

Equisetum hoc arborescens Rumphii, est *Lycopodium* erectum, dichotomum, foliis cruciatis, spicis gracilibus. Dillen. Hist. Muscor. pag. 450. Tab. 61. ubi ejus descriptio ex H. Malabar. & Breynii Centuria, cui dicitur *Selago* Indiae Orientalis, sive *Plegmaria* admirabilis Zeylanica pag. 180. ubi elegantissima hujus plantae Icon reperitur, vide & Tbes. Zeyl. pag. 211.

CAPUT SEXAGESIMUM QUARTUM.

Folium petolatum. Daun petola.

Hoc naturae artificio hunc decimum librum claudemus, estque humilis ac pusilla plantula, pauca gerens folia, haec vero tam eleganter picta sunt, ac si arte quadam esset factum, simplicem ac mollem adtollit caulem, non ultra binos vel tres pollices altum, ita ut plantula haec fere terrae incumbat, supra tria gerit folia in triangulo posita & extensa, ac sub his bina ternave alia minora, quae caulem quodammodo in articulos distinguunt, & ad aliquam partem vagina sua hunc ambiunt, instar foliorum *Alfines Indicae*, seu *Arundinellae*, cui adfinis esse videtur.

Majora foliola quodammodo etiam illa *Arundinellae latifoliae* referunt, sed breviora sunt & rotundiora, quaedam etiam cordiformia quasi, crassiuscula, sed flaccida. In superiore parte spadicea, & paulo altioris coloris, mollia ad tactum instar serici densioris, ac quodammodo splendentia, quam elegantissime picta, laete rubentibus & intricatis flavis lineis distincta, ita ut cancellata sint, atque ignotos referant characteres, ac si penicillo a perito pictore picta essent, inferius folia rubent, seu purpurascunt sine characteribus. Sic diu viget, nil aliud exhibens haec plantula, quam tria haec quatuorve picta foliola.

Tandem ex centro suo simplicem mollemque adtollit caulem, qui rotundus est, lanuginosus, ac sex pollices altus, in tres quatuorve obscuros articulos distinctus, qui flosculos quosdam albos profert, cito marcescentes, ac sub his caulibus incipit crassescere, ac fructum format trigonum eodem modo, quo *Empetrum acetosum*, oblonga nempe cellula est, ex tribus crassis pelliculis seu alis constans, oblongior tamen est fructu *Empetri*, coloris ex viridi & fusco distincti, diu superius emarcidum sustinens flosculum.

Haec filiqua tandem in tres dehiscit partes, sed infra ac supra connexa, ex qua pusillum & arenosum quasi decidit semen, illi *Empetri* simile, remanentibus tribus nudis filamentis inter segmenta positis.

Radix vilis est, ex pusillis crassis & albis fibrillis composita, laxae terrae inhærens, semper enim in molli & humido crescit solo.

Nomen. Latine *Folium petolatum*, juxta Malaiense *Daun petola*, ob similitudinem vestis pretiosae sericeae *Petola* dictae, quae multis coloribus distincta & picta est.

Locus. Raro reperitur, ita ut plurimis etiam incolis haec ignota sit plantula, semper vero crescit in altis & remotis montibus, ubi arbores vagæ ipsi umbram præbent, & sub quibus solum est parum humidum. Multum impendi laborem, ut eam in hortos transplantarem, ubi per aliquod tempus quidem crevit, sed semper sine femine perit. Melius tamen id succedit Amboinensibus, qui eam aliquando in suis plantant hortis montanis.

Ufus

AANMERKING.

Deze van de bomen hangende Paardestaart van Rumphius, is het opstaande *Lycopodium* intweën verdeelt, met gekruiste bladeren, en schrale aaien van Dillen. in de Historie der Moschen pag. 450. Tab. 61. alwaar deszelfs beschrijving is genomen uit de Hort. Malab. en Centuria van Breynne, by wien ze hiet de *Selago* van Oestindie, ofte de verwonderlyke Ceylonsche *Plegmaria*, op pag. 180. alwaar van deze plant een zeer fraaije Figuur gevonden wert, ziet ook de Tbes. Zeyl. pag. 211.

VIER EN SESTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Petola-blad.

Met dit konststuk der natuur zullen wy dit tiende boek besluiten, zynde een klein laag kruidje, uit weinige bladeren bestaande, dog dezelve zyn zoo aardig geschildert, als of het door konst geschiedt was, het heeft een enkele weeke steel, niet boven twee of drie duimen hoog, zoo dat het plantje schier op de aarde legt. Boven heeft het drie bladeren, schier in een driangel uitgespreidt, en onder dezelve nog twee of drie kleindere, die den steel eenigzints in leden verdeelen, en een stuk weegs met baare scheeden bekleeden, gelyk de bladeren van de *Alfine Indica*, of *Arundinella*, uit wiens maagschap het schynt te zyn.

De grootere blaadjes gelyken ook eenigzints na *Arundinella latifolia*, dog korter, en ronder, zommige ook wat hertvormig, dikagtig, dog slap. Aan de bovenzijde kastanje-bruin, of wat hooger, zagt in 't aantasten als vulpt, en eenigzints glimmende, zeer aardig geschildert, met ligt-roode of geele linien, in en door malkander lopende, zoo dat ze eenige ruitjes, of onbekende karakteren vertoonen, even als of ze door een konstig Schilder met een penceel getrokken waren. Van onderen zyn de bladeren rood, purper-verwig, zonder karakteren. Dus blyft het langen tyd staan, zonder iets anders te vertoonen dan deze drie of vier geschilderde blaadjes.

Eindelyk brengt het uit zyn midden een enkele weeke steel voort, rond, wolagtig, vyf en ses duimen hoog, in drie of vier donkere leden verdeelt, daar op eenige witte bloempjes voortkomen, die haast vergaan, en onder de zelve begint het steeltje dik te werden, en formeert een driekantige vrugt, op de manier als het *Empetrum acetosum*, te weten een langwerpig buisken, uit drie dikke velkens of vlerken gemaakt, dog langwerpiger dan aan 't *Empetrum*, van couleur uit den groenen en bruinen gemengt, het verwelkte bloempje langen tyd boven op behoudende.

Deze bouwte splyt ten laaften in drieën, dog onder en boven aan malkander blyvende, en dan valt een klein zandig zaad daar uit, dat van *Empetrum* gelyk, blyvende noch drie bloote draadjes tussen de riempjes staan.

De wortel is gering, van weinige dikke en witte vazeligen gemaakt, slappelyk in de aarden houdende, want het alle tyd op een losse en vogtige grond staat.

Naam. In 't Latyn *Folium petolatum*; na 't Maleits *Daun petola*; wegens de gelykenisse met een kostelyk zydekleeje *Petola* genaamt, 't welk met veelderlei verwen geschildert is.

Plaats. Het werd zelden gevonden, zoo dat het ook de meeste Inlanders onbekent is. Altyd op hooge en afgelege bergen, daar het van hooge bomen schaduwagtig, dog wat ydel is, onder dewelke de grond wat vogtig is. Ik hebbe veel moeite gedaan om het in de tuinen te verplanten, daar 't wel een tyd lang gegroeit heeft, maar telkens zonder zaad uitgegaan. Beter gelukt het de Amboinesen, die het zomtyds in hunne bergtuinen verplanten.

M 3

Gebruik.

Usus ejus nullus huc usque innotuit, ita ut tantummodo tanquam aliquid rarum & elegans ex montibus deferatur & ostendatur. Ob singulares foliorum lineas id penicillo seu penna delineare non potui, unde ipsam plantam adglutinaui papyro, quum sicca satis constanter suum servat colorem.

Finis Libri Decimi.

Gebruik. Daar van is nog niets bekend, zoo dat het alleenlyk tot een rareit van de bergen afgebragt, en ver-toont werd. Ik heb't wegens de aardige liniamenten der bla-deren, met de pen of penceel niet konnen uitbeelden, dier-balven ik 't gebeele plantje albier geplakt hebbe op een papier, te meer, alzoo het gedroogde zyne couleuren meest behoudt.

Einde van het Tiende Boek.

